



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 3. Audax facinus Adolescentis Siculi adversus Mahometis classem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

tur, ut tandem profligatus pedem re-Sæcul. XV.  
ferre cogeretur. Hæc tamen Victoria A. C. 1473.  
Mahometi plusquam quadraginta millium  
Turcarum impendio stetit: Usumcassan-  
nus vero in hac pugna filium suum plum-  
bea glande trajectum amisit. Is erat a-  
dolescens animi fortitudine nemini se-  
cundus, qui in primo certamine mira  
virtutis suæ specimina tanto successu e-  
dedit, ut illius invicto pugnandi ardori  
potissima victoriæ pars deberetur. Ce-  
terum Persarum Rex accepta clade in  
Armeniæ montes unacum filio suo su-  
perstite profugit; Mahometes vero, to-  
ta ditione ferro flammaque devastata  
Constantinopolin reversus est, secum in  
captivitatem abstracta ingenti Christiano-  
rum multitudine, quorum quingentos  
in singulis locis, ubi stativa agebat, inau-  
dita crudelitate per medium corpus dis-  
fecari jussit, totamque regionem horri-  
bili terrore implevit.

### §. III.

*Audax facinus adolescentis Siculi ad-  
versus Mahometis classem.*

Referunt Historici, sub idem tempus *Coriolan. l. 2.*  
quemdam juvenem, nomine *Anto-* *Sabelic.*  
*nium*, natione *Siculum* ad *Mocenigum* *3. dec. 9.*  
Venetæ classis *Præfectum*, qui tunc hi- *Justiniani*  
berna *Nampliæ* in *Peloponeſo* agebat,

F f 2      acces-

Sæcul. XV. accessisse, atque narrasse, se Chalcide a  
A.C. 1473. Turcis captum fuisse, ac inde Caliopolis  
abductum sub hostium signis militiam  
egisse, perspexisseque, classem Mahome-  
tis ibi absque custodiis fluctuare, & haud  
procul ingens exurgere armamentarium,  
in quo omnis generis apparatus ad cen-  
tum & amplius triremes instruendas as-  
servaretur; paratum igitur se esse, tam  
classem, quam armamentarium incende-  
re; Ad hæc Mocenigus, dilaudato juve-  
nis consilio, rei exequendæ necessaria  
suppeditat. Adolescens quantocius as-  
sumpta scapha pomis referta, fructuarium  
mercatoriem ementitur, ac superatis Dar-  
danellis arcibus Caliopolis contendit,  
ibidemque sua poma vœnum exponit.  
Sequenti nocte armamentario ignem dex-  
tere injicit, illudque totum comburit.  
Ast cum navibus quoque faces admove-  
re tentaret, eventus consilium fecellit; ac-  
currens enim turba, fragore ignis ac-  
cita incendium restrinxit; Adolescens  
cum res ex voto non successisset, vereba-  
tur, ne comprehenderetur: unde fuga si-  
bi consulere, ac Hellespontum trajicere  
meditatur; cum vero ejus navicula ma-  
ri demergeretur, propositum exequi non  
poterat, quare in proxima Sylva se ab-  
scondere compulsus est: Attamen cum  
ex pomis passim in unda fluitantibus su-  
fcitati incendi auctor esse crederetur, di-  
ligenter

ligenter inquisitus comprehenditur, at- Sæcul. XV.  
que ad Mahometem defertur, qui juve- A.C. 1473.  
nem medium difficari jussit, quod ipse sup-  
plicium mira constantia perpetratus est.  
Senatus Venetus ob tam egregium faci-  
nus hujus Juvenis Patri censum annum,  
ejus autem Sorori dotem ex publico  
ærario constituit.

## §. IV.

*Tractatus pacis Matthiæ Hungariæ  
Regis cum Mahomete.*

Interim Venetis Turcas bello prementibus nuntiatum est Sixto Pontifici, quod Matthias Hungariæ Rex a Mahometo vehementer sollicitatus fuisset, ut cum eo pacem iniret, totisque viribus sua arma contra Persarum Regem verteret, quin imo quod Matthias suos jamjam Oratores, qui de foederis legibus paciscerentur, Constantinopolim decrevisset, ac inter cetera a Mahometo postulasset, ut ei Bosniam & Serviam, aut saltem harum Provinciarum alterutram restitueret; vicissim vero Rex Sultano auxilia aduersus Usumcassanum Persarum Regem obtulisse dicebatur, dummodo is ad hoc bellum necessariis pecuniarum subsidiis præsto eidem esset. Papa accepto hoc nuntio nulla mora ad Mattheum literas dedit, ut illum a tam exitioso dehortare-

F f 3

tux